



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

§. 1. Quid sit occasio remota, quid proxima.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

illa prior confessio non fuit sacramentalis, cum non fuerit iudici exhibita, ut supponimus.

Et quidem hoc certum apud omnes. Solum est quæstio: an etiam in hoc casu sufficiat penitentem dicere in confuso: *Me accuso de peccatis iam in alia minus legitima Confessione narratis?*

In quo rursus certum sit, si Confessor illorum peccatorum notitiam habet in particulari, satis superque sufficere. Sic idem *ibid.* sicuti sufficere, si Confessor, qui meum peccatum abundè scit ut; si illud vidisset, vel illud ego extra Confessionem, consilij causa illi narra- sem, dicam: *Me accuso de peccato quod vidisti, vel, de quo consilium dedisti.*

Quare quæstio est dumtaxat: An si tunc Confessor recordationem tam distinctam non haberet, sufficeret tamen notitia aliqua in confuso? Respondeo, varia hic aliquantulo minutiora tradi à nonnullis *ibid.* pro praxi satis sit in hoc eventu, quando confessio prior peracta est coram non iudice (nam pro aliis, quando prior confessio fuit facta sine dolore, vel non integre, si supponatur legitimo iudici exposita, locum non habet hæc quæstio, & consequenter non est tunc necessario in particulari repetenda confessio, cum satis sit prædicta confusa notitia) regulariter sufficere si dicat penitens *accuso me de peccatis in priora illa confessione recensitis.* Ita *ibid.* & Gaspard. Hurt. *disp. 8. de penit. diff. 8.* Ratio breviter est, quia jam Confessor hoc modo resumere poterit distinctam cognitionem status penitentis, & ex vi huius distinctæ cognitionis jam factæ sacramentalis, absolvere. Quod si non resumeret (ut certe frequenter occurrit) tunc satis erit si resumat confusam: vel si neque hanc resumeret, postulet à penitente Confessor notitiam aliquam mediam, seu confusam prædictam peccatorum, quæ sufficiat ad iudicium formandum, penitentiamque taxandam: nec penitentem cogat distinctam, novamque peccatorum confessionem afferre. Ratio est, quia tunc regulariter excitabitur memoria Confessoris, ut non procedat ad dandam penitentiam ex illa priora cognitione sola, quæ non fuit sacramentalis, & non sufficeret, quia peccata distinctè debent iudici legitimo exhiberi, sed ex utraque, id est ex hac præsentis confusa ut relata ad illam prioram distinctam: id quod in re morali nostra satis superque est. Ex dictis vides, quando secunda Confessio fit coram eodem Confessario (de hoc enim casu semper hic locuti sumus, nam si coram alio, iam dictum n. 7.) sive Confessio fuerit perperam exhibita ex defectu doloris, sive ex defectu examinis, sive quia facta est coram non iudice, sive quia aliquod peccatum sacrilegè tacitum est, semper debere, ita saltem in genere eam repeti, ut aliqua cognitio in confuso peccatorum redeat in memoriam Confessorij.

An autem Granadi 3. p. de Sac. *contr. 7. tr. 9. d. 12. n. 3.* Dianæ p. 5. tr. 14. q. 5. Ferrantini, de q. *scand. d. p. 79. &* ex parte Merceti solum quoad validitatem 3. p. de *sacra. q. 9. art. 1. apud Dianam p. 4. tr. 4. ref. 203.* opinio dicentium, quando Confessio invalida reiteranda est cum eodem Sacerdote, tunc sufficere penitentem se accusare generatim de peccatis ipsi Sacerdoti Confessis, & sacrilegio admisso in illa invalida Confessione, deque alijs forte commissis postea, nam tunc Sacerdos (*aiunt hi.*) valide, & licite absolvet, quamvis neque in confuso peccatorum neque penitentia imposita nullatenus recorderetur, sed recorderetur solum, illum sibi fuisse confessum. An inquam, hæc opinio saltem ex tantorum Doctorum auctoritate sit probabilis, nobis otium non est persequi, cum præsertim, pro praxi eam, quæ hæcenus explicita sententia est suscipiendam esse, omnino velimus.

Differtur aliquando absolutio propter occasum proximas non amotas: nonnunquam propter quentem relapsum; tertiò propter aliquod emolumentum. De singulis agere hic locus est.

§. I. Quid sit Occasio remota, quid proxima.

1. **P**roxima occasio est quando talis est ex peccatum mortale inducat: vel experientia hoc homine, talem affectum habere. Remota talis non est.

2. Alij sic definiunt cum Delugo *disp. 14. de cap. 10. num. 149.* Occasio proxima est, quæ vel ferè nunquam utitur homo, confidenter stantis, absque novo peccato. Ut qui detinet nam domi, rarè vel nunquam desinet factò, cogitatione peccare. Remota, quæ non est cogitatione peccare.

§. II. De Occasione remota.

3. **R**egula communis, & certa est: cum occasione remota versatur, absolvi legitime sanctum Paulum. 1. ad Corinth. cap. 6. *De vobis nes exire de mundo:* Et sanè nec satis esset in sed in Cœlum abire.

4. Hinc inferunt Doctores cum eodem *ibid.* ter absolvi adolescentes, qui versantur laborando, conversando cum sceminis quæ aliam domum habent: licet sæpè ex tali occasione, consensu, copula moraliter peccent: si quidem non sint ex illa occasione solent homines peccare.

§. III. De Occasione proxima.

4. **R**egula itenè certa est & communis: ut occasione proxima est, absolvendus non est idem *ibid.* Ratio est, quia non habet propolium peccandi, qui peccati periculum (quale sine illa occasio proxima) voluntariè subit: juxta illud *amat periculum, peribit in illo.*

6. Hæc tamen regula aliquot modis limitatur eodem *ibidem*; Primò, ut possit absolvi penitentem do habet extraordinarium dolorem, & propolium hæc quia faciunt jam illam non esse occasionem peccandi: quia homo sic armatus est fortis, adcoque possimus sperare victoriam.

Multa ad rem Caramuel in Reg. S. Bened. à n. 10. Sanchez in *sel. d. 21. n. 9. & d. 10. n. 8.*

7. Secundò, quando proponeret alia media habere: ut si occasio esset ex femina domestica, autem proponeret nunquam solum cum sola, colle aut inventi, ejus aspectum pro viribus declinat, & occasio proxima est.

8. Tertiò, quando occasio relinqui non possit que scandalo, gravi infamia, vel detrimento spirituali, vel temporali: tunc enim moraliter dicatur quis occasionem voluntariè eligere, sed voluntariè pati. Sic Summus Pontifex *Consultatione frigidis & malef.* concessit frigidis, ac malefictatis domi permanere ut sorores: idque profectò scandalum separationis à matrimonio contracto: tamen esset periculum ractuuum, &c. Pari ergo modo poterit filius familias v. g. absolvi, quamvis domi serva adsit, cum qua peccare consuevit: quam ipsi expellere non potest, & nec facillè, aut deceret. Sic etiam à fortiori, si cum fratre, vel sorore occasione peccandi, à quorum convicta se jungit, que gravi detrimento, nequit: debet nihilominus remedia faciliora quæ potest, adhibere, ut ex se